Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



93

MIHS

domnus. State super uias & uidete.
& interrogate de semitis antiquis.
que sit uia bona. & ambulate in
ea. & inuenietis refrigerium animabus
uestris. Et dixerunt. Non ambulabimus.
Et statuimus super uos speculatores.
& dixit. Audite uocem tubae. Et dixe
runt. Non audiemus. Idcco audi
te gentes. & agnosce congregatio. quanta
ego faciam eis. audite terra. Ecce ego
adducam mala super populum istum.
fructum cogitationum eius. quia uer
ba mea non audierunt. & legem
meam. preterierunt. Ut quid mihi
thus de saba affertis. & calamum fra
grantem de terra longinqua. Holo
caustomata uestra non sint accepta.
& victime uestre non placuerunt mihi.
Propterea hec dicit dominus. Ecce ego
dabo in populum istum ruinas. & ru
ent in eis patres & filii simul. uici
nus & proximus peribunt. Hec dicit
dominus. Ecce populus uenit de terra
aquilonis. & gens magna consur
get a finibus terre. sagittam & scutum
arripient. crudelis est & non miserebi
tur. Vox eius quasi mare sonabit. & su
per equos ascendent quasi uiri
ad pugnam aduersum te filia
sion. Audiuimus famam eius.
& dissoluite sunt manus nostre. &
tribulatio apprehendit nos. dolores
ut parturientem. Nolite exire ad
agros. & in uia ne ambuletis. qui
a gladius inimici pauor. in
circuitu. filia populi mei accingere
cilicio. & aspergere cinere. luctum unigeniti
fac tibi. planctum amaritudinis.
quia repente uenit uastator super
nos. Probatorem dedi te in populo
meo robustum. & scies & probabis
uiam eorum. Omnes isti principes
delinquentes. ambulantes fraudulenter. aes & ferrum. uniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatorium in
igne. consumptum est plumbum. frustra flamat flator. malitie enim
eorum non sunt consumpte. Argentum
reprobum uocate eos. quia dominus
proiecit illos. Capitulum. vij.

Verbum quod factum est ad ie
remiam a domino dicens.
Sta in porta domus domini.
& predica ibi uerbum istud.
& dic. Audite uerbum domini omnis
iuda. qui ingredimini per portas
has. ut adoretis dominum. Hec dicit
dominus deus exercituum. deus isra
el. Bonas facite uias uestras & studia
uestra. & habitabo uobiscum in loco isto.
Nolite confidere in uerbis mendacii di
centes. templum domini. templum
domini. templum domini est. quo
si bene direxeritis uias uestras. & studia
uestra. si feceritis iudicium inter uirum
& proximum eius. aduenam & pupil
lo. & uidue non feceritis calumpni
am. nec sanguinem innocentem ef
fuderitis in loco hoc. & post deos alie
nos non ambulaueritis. in malum
uobis metipsis. habitabo uobiscum
in loco isto. in terra quam dedi patri
bus uestris a seculo & in seculum. Ecce
uos confidistis uobis in uerbis muda
cii que non proderunt uobis. furari.
occidere. adulterari. iurare mendacii.
libare baalim. & ire post deos alie
nos quos ignoratis. & uenistis
& stetistis coram me in domo hac.
in qua inuocatum est nomen meum.
& dixistis. liberati sumus. eo quod fe
ceritis omnes abominationes istas.
Numquid ergo spelunca latronum fa
cta est domus ista. in qua inuocatum

usque